



HUGO GROTIUS.

Regiae Regique Suecic Consilioris et iudiciorumque ad
Res ipsorum Christianorum Legatus ordinarius - grandiam -
Syndicus Rerumdamensis iuridicorum Urbis in Conventu
Ordinum Hollandie et Westfrisiae Delegatus.



HUG. GROTIUS
DE JURE
BELLII ac PACIS
LIBRI TRES

HUGONIS GROTTI
DE JURE
BELLI AC PACIS
LIBR I T R E S,

In quibus Jus Naturæ & Gentium, item
Juris Publici præcipua explicantur.

Cum ANNOTATI^S Auctoris, ejusdemque
Dissertatione de MARI LIBERO;

Ac Libello singulari

De ÆQUITATE, INDULGENTIA, & FACILITATE

Nec non

J. O. A. N. S. B. R. B. I. D. G. R. O. O. N. A. L. V. C. A. N. O. T. S. S. S.

in totum opus de Jure Belli ac Pacis:

Ex altera recensione

JOANNIS BARBEYRACI,

J. C. & Publici Privatiisque Juris Antecessoris Groningani:

Cum Notulis ejusdem nunc auctioribus, plurimumque locorum, ex Aucto-
ribus quibusvis laudatorum, adcuratori indicatione,

TOMUS PRIMUS.



AMSTELÆDAMI.

Apud: JANSSONIO-WAESER.

cis 15 CCXXXV.

Cum Privilegiis.

PRIVILEGIE.

DE STATEN VAN HOLLAND EN WESTVRIES.
LAND doen te weeten: Alsoo Ons te kennen is gegeeven
by de *Fansoons van Waesberge*, Burgers en Boekverkopers der
stadt Amsterdam, dat sy Supplianten in den Jaere 1718, benessens *Rudolph en Gerard Wetstein*: (welkers regt de Supplianten inmiddels in
hunne verkopinge van den 11 November des Jaers 1726 aan sig hebben
gekogt) door Ons waren begünstigt geweest met Ons Octroy op seeker
boek, genaemt: *Hugo Grotius de Jure belli & pacis, cum notis Authoris, Gronovii, & Guill. van der Muelen*, so in octavo als folio, en alsoo het
voorsz. Octroy was komen te expireeren, en de Supplianten van voor-
neemen waeren deselve boeken te herdrukken, en daar by te voegen
de noten van *Tesmarius, Oorechtus en Barbeyrac*. Wyl nu de Supplianten
gewaarschouwt waeren, dat deselve boeken buyten s' Lands worden
gedreigt te sullen werden nagedrukt, en daar van een groot getal in deese
Provintie tot der Supplianten seer groote schade en nadeel soude werden
ingevoert, so keerden sig de Supplianten tot Ons, onderdaniglyk ver-
soekende vernieuwing van het selve Octroy soo voor hun, of hunne
erven, of hun regt verkrygende, om gemelde boek, *Hugo Grotius de*
Jure belli ac pacis, cum notis Authoris, Gronovii &c. hier boven ge-
melt, hier te Lande alleen te mogen drukken, doen drukken of verko-
pen, voor de tyd van vyftien agtereenvolgende jaeren, met verbod aan
alle en een yder het voorsz: boek, elders nagedrukt zynde in 't geheel,
of ten deeke, of in wat formaat het ook mogt syn, en wel voornamentlyk
de voorsz. nooten, om daar van eenige Extractie in 't Frans of andere
taalen te moogen maaken, hier te Lande in te brengen of te verkoopen;
op de poene van drie duysent guldens door Ons daar tegen te statueeren;
SOO IS 'T, dat wy, de saeken en 't voorschreve verzoek overge-
merkt hebbende, ende geneegen weesende ter bede van de Supplianten,
uyt Onse regte weetenschap, souveraine Magt en Authoriteyt, deselvs
Supplianten geconsenteert, geaccoordeert, en geostroyeert hebben, Con-
senteeren, Accordeeren, en Octroyeeren haer by deesen, dat sy geduu-
rende den tyd van vyftien eerst agtereenvolgende jaaren, het voorsz. boek,
genaemt *Hugo Grotius de jure belli ac pacis, cum notis Authoris, Gronovii &*
Guill. van der Muelen, soo in Octavo, als Folio; in diervoegen als folks
by de Supplianten is versogt, en hier vooren uytgedrukt staat, binnen den
voorsz. Onsen Lande alleen sullen mogen drukken, doen drukken, uytgee-
ven en verkopen, verbiedende daeromme allen ende eenen ygelyken het
selve boek in 't geheel ofte ten deeke te drukken, naar te drukken, te doen
naardrukken, te verhandelen ofte verkopen, ofte elders nagedrukt binnen
den selven Onsen Lande te brengen, uyt te geven, ofte te verhandelen en
verkopen, op verbeurte van alle de naargedrukte, ingebrachte, verhandelde
ofte verkogte Exemplaren, ende een boete van drie duysend Guldens daar-
enboven te verbeuren, te appliceeren een derde part voor den Officier,
die de Calange doen sal, een derde part voor den Armen der plaatse, daar
het Casus voorvallen sal, ende het resterende derde part voor de Supplian-

L U D O V I C O X I I I .

CHRISTIANISSIMO
FRANCORUM & NAVARRÆ

R E G I

H U G O G R O T I U S .



*Udet hic liber, Regum eminentissime, Tuum sibi
augustum nomen inscribere, non sui, non Aucto-
ris, sed argumenti fiducia, pro Justitia quippe
scriptus; quæ virtus adeo Tua est, ut inde tuis
meritis & humani generis suffragio dignissimum
tanto Rege cognomentum acceperis, ut iam ubique JUSTI
appellatione non minus quam LUDOVICI noscaris. Spe-
ciosi Romanis Ducibus videbantur ex Creta, Numidia, Afri-
ca, Asia, aliisque devictis gentibus tituli. At quanto Tuum
illustrius, quo significaris nullius populi, nullius hominis, sed
ejus, quod injustum est, & hostis ubique, & victor semper?
Magnum putarunt Ægyptii reges, si patris hic, matris ille,
fratrum amans alias dicerentur. At quantulæ hæ partes sunt
Tui nominis, quod non ista tantum, sed quicquid pulchrum &
bonestum excogitari potest, ambitu suo complectitur: JUSTUS
es, cum Magni supra omne id quod dici potest Regis Patris Tui
memoriam honoras ipsum imitando: JUSTUS, cum Fra-
pren modis omnibus, sed nulla re magis quam exemplo tuo in-
struis: JUSTUS, cum Sorores summis matrimonii ornas:
JUSTUS, cum sepultas prope leges revocas, &, quantum
potes, ruenti in pejus seculo temet opponis: JUSTUS, sed si-
mul clemens, cum subditis, quos tuæ bonitatis ignorantia ab
officii limite transversos egerat, præter peccandi licentiam nihil
adimis, nec vim adfers animis circa divina diversum à te sen-*

* L E C T U R I S

hanc novam Editionem

S. P. D.

JOANNES BARBEYRACIUS.



Uum in eo essent Bibliopolæ sollertissimi, ut eximum istud Opus, sæpius recusum & recudendum, typis suis iterum committerent; ac in eo emaculando & interpretando non parum operæ a me positum esse inaudivissent: necum ultiro egerunt, ut suppeditare velle, si quid ad novam Editionem ornandam conferre commodum esset. Lubens amplexus sum occasionem oblatam de illis bene merendi, qui Jus Naturæ & Gentium, pro merito ejus suâque ipsorum utilitate, amplectuntur, adeoque non possunt non maximi facere Auctorem nostrum, nobilissimæ artis quasi parentem. Et quamquam paullo plus temporis mihi relinqui, quam ferebant rationes Typographorum, valde optarem: tamen vel sic ea præstare me posse existimavi, de quibus suscipiendis nemo hactenus, quod sciam, serio cogitaverat. Rem omnem paucis accipe.

Dum ab aliquot annis, *Lausannæ* adhuc degens, in eo totus eram, ut Libros hosce *De Jure Belli ac Pacis* in Gallicam linguam verterem, & Notis perpetuis illustrarem, ad eum fere modum, quo ad fine Opus SAMUELIS PUFENDORFII *De Jure Naturæ & Gentium*, plus simplici vice,
jam

* Præfatio Editoris in priorem Editionem Anni 1720. Cui subjicitur monitum de hac posteriore.

IN TRES LIBROS
DE JURE BELLI AC PACIS
PROLEGOMENA.

I. JUS¹ civile, sive Romanum, sive a quod cuique patrium est, aut illustrare commentariis, aut a contractum ob ocu-

JUS²
Gentium;

GRONOVII NOTÆ.

Prolegomena] Prolegomenar partes sunt duæ: generalis, quæ spectat omnem materiam: specialis, quæ spectat hoc opus. Prior habet duo membra: alterum, quo probatur esse jus: alterum, quo probatur esse & jus in bello.

Prioris membra quatuor sunt articuli: primus, propositio sententia illorum, qui jus volunt esse rem imaginariam, umbraticam, appellationem fine corpore & specie, ut Cæsar de republica loquebatur. Secundus, refutatio ejusdem sententia. Tertius, confirmatio septem constantis argumentis. I. Est natura homini appetitus societatis, ergo & jus. II. Est judicium & qualisunque delectus boni & mali, ergo & jus, quod bono alligat, & a malo deterret. III. Est discriben etiam boni majoris & minoris, & intellectus bono majori deberi majorem honorem, ergo & jus, nempe iustitiae distribuentis. IV. Agnoscamus omnes verum Deum præcepisse: ergo est jus, quod ille præcipit. V. Habemus parentes, quibus pro beneficio procreationis & educationis subiecti sumus: ergo est jus, quod illi mandant. VI. Intellexere homines utile esse civitates coli: ergo est jus civile. VII. Viderunt quoque utile esse, ut quædam civitates cum civitatibus & populis externis consentirent in commune uitiorumque bonum: ergo est jus gentium. Quartus articulus prioris membri partis generalis, confessaria quædam, vel secunda refutatio, I^o adversus

Carneidem. II. Dicti Horatiani, III. Eorum, qui jus inter privatos agnoscunt, rectores rerum publicarum eo volunt solutos.

Alterum membrum partis generalis, quo probat esse etiam jus, & servandum esse in bello, consistat argumentis quatuor. **ESSERE JUS IN BELLO** probat, I. quia laudabile bellum non suscipitur nisi iuris obtinendi causa: indignum igitur, jus per injuriam peti. II. Testimonia scriptorum & Imperatorum. III. Pro iustitia cause & amorum, proque iustitia, augentur & minuantur animi militum: IV. Crescit existitatio ad alienigenas, si quem videant nonnisi sustinob causam, & salvo iure publico ac privato ad arma descendere.

PARS SPECIALIS est, quæ proprie spectat hoc ipsum opus, atque quintuplex est. Continet enim I. consilium auctoris. II. Partitionem operis. III. Necessitatem operis. IV. Subsidia. V. Curam & cautionem auctoris per universum opus.

I. *Jus civile Romanum*] Quod ex L. regiis & XII. tabb. Romæ ortum varie crevit; cumque diffundetur nimis, a Justiniano circumsum & correctum in Pandecte, Codice, Novelli, &c. ad nos pervenit, inque Academiis docetur. Quod olim fuit Quiritum, id nunc est jus commune omnium popolorum in Europa.

2. *Quod cuique patrium*] Populi unius, sive eisq; gentis, regni, municipii.

3. *Contractum*] In compendium redactum.

HUGONIS GROTTII
DE JURE BELLI AC PACIS
LIBER PRIMUS.

CAPUT I.

Quid Bellum, quid Jus?

- | | |
|---|---|
| I. <i>Ordo operis.</i> | X. <i>Juris naturalis definitio, divisione, & distinctio ab his quae non proprie sic dicuntur.</i> |
| II. <i>Belli definitio, & origo nominis.</i> | XI. <i>Instinctum cum aliis animalibus communem, aut propriam hominibus, non facere aliam juris speciem.</i> |
| III. <i>Jus pro attributo actionis describitur, & dividitur in Rectiorium & Equatorium.</i> | XII. <i>Quomodo probetur jus naturale.</i> |
| IV. <i>Jus pro qualitate dividitur in facultatem & aptitudinem.</i> | XIII. <i>Juris voluntarii divisio in humanum & divinum.</i> |
| V. <i>Facultatis sive juris stricte dicti divisio in potestatem, dominium, creditum.</i> | XIV. <i>Jus humanum dividitur in civile, civili arcuus, & civili latius, quod est jus Gentium: ejus explicatio, & quomodo probetur.</i> |
| VI. <i>Facultatis alia divisio: in vulgarem & eminentem.</i> | XV. <i>Jus divinum dividitur in universale & unius populi proprium.</i> |
| VII. <i>Aptitudo quid?</i> | XVI. <i>Jure Hebreorum nunquam obligatos fuisse alienigenas.</i> |
| VIII. <i>De justitia expletrice & attributrice: easque proprie non distinguui per proportionem Geometricam & Arithmeticam: nec quod hac circa res communes, illa circa res singulorum versetur.</i> | XVII. <i>Quae argumenta Christiani petere possint ex lega Hebreorum, & quomodo.</i> |
| IX. <i>Jus pro regula definitur, & dividitur in naturale & voluntarium.</i> | |
| L. <i>CONTROVERSIÆ eorum: quos nulla juris civilis tenet communio, quales sunt & qui in gentem nondum coierunt, & qui inter se diversarum sunt gentium, tum</i> | |

GRONOVIÆ NOTE.

¹ *Q*uod nulla juris] i. e. qui non sunt eiusdem Reip. qui communi legum vel civitatis sponfione, ut loquitur JCrus sentex 2. D. de legibus, non tenentur, neque judicem eundem agnoscunt.

² In gentem nondum] Ut Aborigines, genus hominum agreste, sine

legibus, sine imperio, solutum atque liberum, Sallust. Catilin. & Apud eundem Gatlili & Libyes, asperi inculti que, neque moribus, neque lege aut imperio cuiusquam regebantur. Jughurth. 18. Et ex eadem Africa, qui in familias passim & sine lege dispersi nihil in commune consultant. Mole 1, 2. Adde Ciceronens de Invent. 1, 2. Afrca.